

... signo s' mirabilis exponit uero si. ritterna. omnis. minima. signe. in
... signo. cap. 100. sed etiam. ... 100. chorio. II. uerbi. embandi. o. signi
... militis. cristi. dicitur. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100.
... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100.
... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100.
... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100.
... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100. ... 100.

E. Borchardi commentatio de Aeschyli Choephororum parodo.

Quum ante hos fere viginti annos Carolum Lachmannum, ingenio illum acuto iudicioque subili eminentem virum, de Agamemnone audirem Aeschyleo disserentem, omnium expectatio conversa erat in Godofredum Hermannum: qui, quantum praestitisset in Aeschylo emendando et explicando, illis, quascunque hac de re scripsit, commentationibus ita iam significaverat, ut totius a se edendi poëtae summum excitaret desiderium. Atque ex quo egregium illud viri ingeniosissimi opus editum est Mauricii Hauptii pia et diligent cura, multorum studia in eundem illum collata sunt poëtam. Me vero, quum constituisse Choeophorum tractare parodum, non tam nova proferendi excitavit cupiditas, quam Aeschyleis, quae extant, subsidiis ita utendi voluntas, ut quam rectissime ipse summi poëtae carnem intelligerem. Ita factum est, ut, si acquiescendum fuerit in aliorum sententia, libenter assentirer, si non, vel a summorum virorum auctoritate non dubitarem recedere.

Ac scena quidem illius fabulae, quae inscribitur Choepori, eadem est, quae in Agamemnone, nisi quod ipsius regis sepulcrum est additum, quod non cum Muellero (Z. f. A. W. 1838. p. 27.) in orchestra, sed cum Hermanno (Opusc. VII. p. 56. cf. edit. vol. II. p. 653.) in proscenio videtur colloquendum. Quem ad tumulum Orestes Pylade comite aggressus Mercuriumque utpote et ipsum inferorum deum precatus, ut in ulciscendo patre sibi optuletur, cincinnum tanquam sacrificium patri oblatum deponit; postquam vero Electram sororem mulieresque servas conspexit ex aedibus egredientes atque inferias Agamemnoni laturas, recedit cum Pylade, ut, quid illae facturae sint, ipse observet. Atque hic quidem est fabulae prologus (v. 1 — 21.).

Quem sequitur primum totius chori carmen, quae parodus dicitur (v. 22 — 73.): de qua uberior nobis est explicandum. Atque chorus quidem est ancillarum domus regiae, quumque extrema parodi verba (v. 66 sqq.) eas ostendant ex patria urbe in servitatem redactas esse, ea ipsa suadere videntur, ut statuamus easdem illas fuisse mulieres Troicas, quae in Agamemnone fabula (v. 995.) una cum Cassandra

in regis domum ductae narrantur. At non constare chorū e captivis Troianis colligit e quibusdam rebus Henricus Weil, novissimus fabulae editor: qui, etsi recte illud monuit, nullo modo a poeta patriam mulierum significari, tamen iusto subtilius addit, chorū, si e captivis Troianis esset compositus, fuisse commemoraturum Cassandrae mortem et testaturum virginis regiae vaticinia rata esse; de his vero altum esse silentium. Quae quoniam sententia ipsa incertissima est, equidem malim chorū esse mulierum Troicarum. Profitentur igitur illae, ad inferias Agamemnonis comitandas ab ipsa Clytaemnestra se missas esse, quae exterrita sit somnio deorum manum iram significantē. Hanc vero oblatam manibus gratiam fore irritam, nam nullo modo caedem expiari posse. Qua ipsa caede tanquam tenebris aedes esse obvolutas; maiestatem regiam populique reverentiam extinctam; timorem adesse, etiamsi illi, Clytaemnestra et Aegisthus, unice felicitatem carent. Imminere autem omnibus iustitiae divinae discrimen, cito quidem iis, qui in luce versentur; aliorum fortunam in crepusculo manere, alios aeterna nocte teneri. Caedem vero nullo modo evanescere, sed manere; auctorem eius, quum nequaquam eam abluere studeat, poenae esse obnoxium.

Postremo suam ipsarum miseram condicionem conqueruntur mulieres, utpote servae dominorum arbitrio subiectae; quorum quamvis impie facta probare cogantur, tamen occulte se lugere domini mortem profitentur.

Hoc fere est parodi argumentum: quod quomodo expresserit poeta singulaque inter se coniunxerit sententias, tum demum elucebit, quum de singulis verbis accuratius quaesiverimus. Ad quod nunc aggredimur, initio profitentes, post accuratam Dindorfii expositionem nemini dubium esse posse, quin in Choephoris quidem unius codicis Medicei auctoritas observanda sit, ita tamen, ut etiam scholiorum, quae illi codici adscripta sunt, ratio quidem, sed cauta habeatur.

Ac prima quidem stropha v. 22 — 30. (tribus enim ex strophis atque anti-strophis et ex epodo parodus constat) sic legitur in codice Mediceo:

v. 22. *ἰαλίδες ἐξ οἴμων ἔβη*

χοάς πρόπυμπος δέξιχειρι συνκύπτωτι.

πόρετει παρηγής φοινισσαμυγμοῖς

v. 25. *ὄνυχος ἄλοι νεοτόμῳ.*

δὲ αἰῶνος διοιγμοῖσι βόσκεται ζέαρ.

λιοφθόροις δὲ ὑφασμάτων

λαπίδες ἔφλαδον ὑπὲ ἄλγεστι

πρόστελνοι στολμοὶ πέπλων ἀγελάστοις

v. 30. *ξυρφορεῖς πεπληγμένων.*

In his, si et sententiae et metri rationem habemus, pauca quaedam corrigenda sunt. v. 22. scribendum est *ἔβην*, quum de se loquatur chorus neque *ἰαλίδες* substantivum sit (id quod Klausenus voluit), sed adiectivum. Neque opus est cum

Dindorfio (annotat. ad Aesch. II., p. 433.) ἔβαν scribere, cum non constet, ubivis in choricis carminibus locum esse formis doricis.

V. 23. cum Casaubono et Dindorfio χοᾶν προπομπός legendum est; vix enim ferri potest adiectivum προπομπός (in quo vim verbalem inesse voluerunt) cum accusativo χοᾶς coniunctum; χοᾶς vero mutato accentu scribi, tragicorum usus vetat, qui illam vocem plurali tantum numero adhibuisse videntur. cf. Choeph. v. 15. 77. 142. 150. 159. 480. 509. 519. 532. Ceterum, ut Latinorum prosequi, sic προπομπός et προπέμπειν solempnia sunt de sepultura atque inferiis. cf. Aesch. Sept. 1044. 1056.

Illud συγκύπτωι cum Arnaldo mutandum est in σὸν κτύπω; significatur enim planctus, qui frequenti et veloci manuum ictu efficitur. Simili ratione apud Euripidem legitur (Phoeniss. 1371.) κτύποντς χερῶν et apud Sophoclem (Ai. 631.) χερόπληκτοι δοῦποι. Neque opus esse videtur, cum Dindorfio σὸν κόπω scribere; nam scholia stae illud σὸν κόπειον (quam etiam Weilius interpretationem esse iudicat vocis „huic loco unice aptae“ κόπω) potuit etiam adscriptum esse voci σὸν κτύπω.

V. 24. duo vocabula in unum scribendo coniuncta sunt φοινισσαμυγμοῖς. Omitto veterum editorum mutationes, quae fere omnes metro repugnant, probans Stanleii πρέπει παρῆσ φοινίοις ἀμυγμοῖς, gena conspicua est cruentis vellicationibus. Usus verbi πρέπειν illustratur versu 12. φάρεσσιν μελαγχίμοις πρέπουσα et v. 18. καὶ γὰρ Ἡλειραν δοκῶ στείχειν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν πένθει λυγρῷ πρέπουσαν. —

Quae sequuntur v. 25. ὄνυχος ἄλοι νεοτόμῳ, pertinent appositionis loco ad ἀμυγμοῖς: sulco unguis recens secto. Άλος vero vocabulum persaepe poëtae non solum ad vulnerum comparationem, sed etiam ad animi dolores significandos transtulerunt. cf. Aesch. Sept. 574. βαθεῖαν ἄλοια διὰ φρενὸς παροπόμενος. — Genarum quoque laceratio in dolore exprimendo saepius memoratur. cf. Eurip. Orest. 959.

At Stanleii emendationi adversatur Hermannus, qui iam olim (annal. Vindob. a. 1840 vol. 100. p. 165.) in hoc ipso versu criticorum notavit incuriam, qui, neglecta Aeschyli in metris observandis severitate, non cogitaverint, versum hoc loco desiderari e puris iambis compositum. Itaque ipsi haec forma vera esse videbatur: πρέπει παρῆσ φοινίοις διωγμός, quam postea recepit et sic explicavit: conspicua est in genis cruenta vis unguium, recenti sulco.

Mihi tamen elegantior haec conjectura quam verior esse videtur; nam illud διωγμός non solum longius recedit a codice, sed etiam duri aliquid habet. Quod evitavit Rossbachius (Ind. lect. Vratisl. 1859. sem. aest.), qui et ipse metrica ratione ductus scripsit πρέπει παρῆσ φοινίοις ἀμυγμός. Sed haud scio an uterque severior fuerit in metro constituendo. Nam etiamsi in versu antistrophei πνέων ἀωρόνυκτον ἀμβόματα non sit spondeus, tamen retineri potest παρῆσ, dummodo versum statuamus e duabus constare ordinibus, hoc modo ˘ ˘ - ˘ | ˘ ˘ - ˘ - . Afferri posset ex Aesch. Suppl. (512. 519.) versus plane eadem ratione confectus ἀλενσον ἀνδρῶν ὑβριν εὐ στυγήσας et ex antistropha γενοῦ πολυμνήστωρ ἔφαπτος Ιοῦς, nisi propter vocem

ιθριν rectius sic legeretur ———, quam ad mensuram etiam antistrophae versus facile corrigitur γενοῦ πολυμηνῆστορ ἔφαπτος Ιοῦς.

v. 26. δὲ αἰῶνος δίνυμοῖσι βόσκεται κέαρ mendum indicat ipsa sententia, quae fere haec esse debet: perpetuo animus doloribus, gemitu pascitur. Itaque certa est Canteri emendatio δίνυμοῖσι, neque ex scholiastae explicatione τρέψομεν τῷ θρήνῳ colligendum est, illum legisse αἰαγμαῖσι.

Extrema strophae verba (v. 27—30.) sana sunt, nisi quod πρόστερνοι et pro ἄλγεσι, quum in fine versus sit, cum Porsono scribendum est ἄλγεσιν. Oratio autem incipienda est ab his ipsis πρόστερνοι στολμοὶ πέπλων, quod est subiectum, et deinde continuanda, nulla posita interpunctione: pectoralia tegumenta scissa sunt laciniae h. e. in lacinias. Illud λινοφθόροι ita accipiendum est, ut sint λακίδες λινων φθαρέντων; nam hoc ipso, quod uestes scissae sunt, linum corruptum est. Simillima ratio est in Sophoclis (Antig. 1009.) ἀνδροφθόρον αἴματος pro ἀνδρὸς φθαρέντος. Neque opus est scribere λινοφθόροις, ut ad ἄλγεσιν referatur. Illud vero ipsum ὑπὸ ἄλγεσιν non tam causam efficientem significat, quam vim et potestatem, qua aliquid efficitur; nam tale quid interest inter genetivum et dativum, cum praepositione ὑπὸ coniunctum. cf. Aesch. Pers. 836. Agam. 519. Sept. 905.

Postremo monendum est, ne πεπληγμένων referatur ad mulieres, ut voluit Klausenius cogitato ἡμῖν, sed ad πέπλων; ipsae enim tunicae percussae dicuntur, quum propter calamitates scindantur. Neque pro πέπλων scribendum videtur κάλπων cum Weilio, qui e scholiastae verbis nimium colligit.

Totam igitur stropham sic constituo:

v. 22. Ἱαλτὸς ἐκ δόμων ἔβηρ

χοᾶν προπομπὸς δέξιχειρι σὺν κτύπῳ.

πρέπει παρηὶς φονίοις ἀμυγμοῖς,

25. ὄνυχος ἄλοκι νεοτόμῳ.

δὲ αἰῶνος δίνυμοῖσι βόσκεται κέαρ.

λινοφθόροι δ' ἕγασμάτων

λακίδες ἔφλαδον ὑπὸ ἄλγεσιν

πρόστερνοι στολμοὶ πέπλων ἀγελάστοις

30. ξυμφοραῖς πεπληγμένων.

„Missa ex aedibus processi, inferias prosequens cum acuto manuum planetu. Conspicua est gena cruentis laniatibus, unguis sulco recens secto. In aeternum vero gemitibus cor pascitur. In lacinias lintei perdit scissa sunt prae doloribus pectoralia velamina vestium, non ridendis afflictarum casibus.“

Antistrophee primae initium sic legitur in cod. Med.:

31. τορὸς γὰρ φοῖβος δρθόθρις

δόμων ὄνειρόμαντις ἐξ ὑπονού κότον

*πνέων ἀωρόνυκτον ἀμβόαια
μυχόθεν ἔλαχε (supra adscripto ἔλαχε) περὶ φόβῳ,*

35. *γυναικίοισιν ἐν δώμασιν βαρὺς πιττών.*

Quorum versuum sententia in universum quidem aperta est; dicit enim chorus, Clytaemnestram somnio quodam exterritam media nocte pree metu clamorem edidisse. In singulis vero verbis quaedam difficultates insunt.

Ac primus quidem versus, quum esse debeat dimeter iambicus, non respondeat versui strophicο *ἰαλτὸς ἐκ δόμων ἔβην*. Itaque Lachmannus (de chor. system. p. 49.) γὰρ in δὲ mutato scripsit *τορὸς δὲ Φοῖβος δρόθοθρις*, idemque postea Muelerus, cum vellet dictum esse illud *Φοῖβος* omnino de arte vaticinandi deque ipso vaticinio, quo regina percellitur. Quod iure Hermannus (opusc. VII., 51.) reiecit, id quoque quaerens, qua ratione hic Phoebus *δρόθοθρις* dici potuerit. Praeterea quum non de interpretatione somnii, sed de ipso somnio sermo sit, vix possit Phoebus dici somnia mittere. Neque lucramur quidquam recepto Turnebi *φόβος* (quod scholiastes legisse videtur), verbis sic transpositis: *τορὸς γὰρ δρόθοθρις φόβος*. Nam etsi quidam *φόβος-ἔλαχε περὶ φόβῳ* explicare conatus est, duplice in voce *φόβος* uno eodemque loco statuens notionem, tamen haec explicandi ratio admodum contorta est. Neque felicior mihi videtur Schuetzii et Bothii correctio *περὶ φόνῳ*, ut sit: timor ob caudem regis graviter irruens; nam illud *περὶ φόνῳ* eo magis languet, quod *τοῖς κιανοῦσι* v. 38. sequitur. Itaque quum inter *Φοῖβον* et *φόνῳ* dubii versemur, probanda mihi videtur Hermanni conjectura *τορὸς δὲ φοῖτος δρόθοθρις, φοῖτος* vero est rabies, consternatio, quae, quum ipso somnio excitetur, metum efficit et clamorem istum.

Ac primum quidem *φοῖτος* ille dicitur *τορός*, perspicuus, clarus (schol. σαφῆς), quia clamore illo aperte se prodidit; itaque *τορός* cum verbo *ἔλαχε* arctius coniungendum est. Deinde *φοῖτος* apte appellatur *δρόθοθρις*, capillos erigens, ut schol. explicat *δρόθονσθαι ποιῶν τὰς τοίχας*. Idem dicitur *δόμων δύειρόμαντις*, quatenus e somniis aedibus praesagit, ad quod referendus est v. 917. ἡ κάρτα μάντις δύξ δύειράτων *φόβος*; somnium ipsum narratur v. 521. sqq.

Praeterea *ζότον πνέων ἐξ ὑπνον* est ille *φοῖτος*; quam illa consternatio iram spirat, eam ex somno, h. e. somnio pēr somnum viso ducit; *ζότος* vero referendum non est ad reginam, quae non irascitur, metuit tantum, sed est deorum manum ira, quam illa consternatio ex somno hausit ideoque spirat. — Ille igitur *φοῖτος* — *ἀωρόνυκτον ἀμβόαια* *ἔλαχε περὶ φόβῳ* clamorem pree metu edidit e penetralibus intempesta nocte; clamor ipse intempestivus est; nocti enim potius silentium convenit.

Postremo additur v. 35. *γυναικίοισιν ἐν δώμασιν βαρὺς πιττών*, ita enim scribendum est; aedes muliebres Clytaemnestram significant, neque cogitandum est de aedibus viro orbatis, ut scholiastes voluit, probante Dindorfio. Formam vero *πιττών* praefero, etiamsi praesens *πνέων* antecedat; nam omnino dubitare licet de forma *πιττώ*; certe *ὕπνον* aoristus est.

Qui sequuntur versus 36—39., sic leguntur in cod. Med.:

χρίται τῶνδ' ὀνειράτων
θεόθεν ἔλαχον ὑπέγγυοι
μέμφεσθαι τοὺς γὰς νέοθεν περιθύμως
τοῖς κτανοῦσι τ' ἐγκοτεῖν.

In quibus quae menda insunt-*χρίται* pro *χρίται*, *ἔλαχον* pro *ἔλαχον*-facile tolluntur; praeterea metri causa post *χρίται* additum est a Porsono *τε*, ab aliis δέ; posterius, si soni rationem habeas, praestat. Neque dubia est sententia: interpres somniorum indicaverunt deorum manium iram. Qui h. l. *χρίται*, interpres (cf. Aesch. Pers. 225.) dicuntur, iidem illi videntur vates esse, qui in Agamemnone fabula (v. 390.) memorantur. Vates nominantur θεόθεν ὑπέγγυοι, quatenus dii ipsi praedes eorum sunt fidemque tuentur. — Tota igitur antistropha sic scribenda est:

31. τορὸς δὲ φοῖτος δρόθοθρις
δόμων ὀνειρόμαντις ἐξ ὑπουρίου
πνέων ἀμφόνυκτον ἀμφόμα
μυχόθεν ἔλαχε περὶ φόβῳ,
35. γυναικίοισιν ἐν δώμασιν βαρὺς πινών.
χρίται δὲ τῶνδ' ὀνειράτων
θεόθεν ἔλαχον ὑπέγγυοι
μέμφεσθαι τοὺς γὰς νέοθεν περιθύμως
τοῖς κτανοῦσι τ' ἐγκοτεῖν.

„Clara vero rabies comes arrigens, per somnia aedibus praesaga, iram ex somno spirans, intempestivum noctu clamorem edidit prae timore, graviter ingressa aedes muliebres. Interpres vero horum somniorum diis praedibus nuntiarunt manes valde iratos increpare et parricidis succensere.“ —

Restat, ut de metris pauca dicamus: quibus fere simplicibus Aeschylus usus est, ita quidem, ut in singulis strophis vix amplius duo vel tria metrorum genera adhiberet. Primae autem strophae numerus ab iambis incipiens, tum ad trochaeos conversus, deinde ad dactylorum gravitatem assurgens, trochaeis in fine positis sedatur.

De versu tertio iam supra dictum est. Quintum Hermannus (elem. doctr. m. p. 257.) dochmiacum esse voluit, praecedente antispasto, sequente diiambo; illa mihi, quam significavi, ratio simplicior esse videtur atque huic loco unice apta. —

Altera parodi stropha v. 40—48., correctis quinque locis codicis Medicei, sic constituenda est:

40. τοιάνδε χάριν ἀχάριτον [M. ἄχαριν] ἀπότροπον κακῶν,
ἴω γεῖα γεῖα, [M. μαῖα] μωμένα μῆλάλλει [M. μωμέναμηλλεῖ]
δύσθεος γυνά· φοβοῦμαι δέπος τόθενβαλεῖν· [M. τόδε ἐνβάλλειν]
τί γὰρ λύτρον [M. λυγόδον] πεσόντος αἰματος πέδῳ;
ἴω πάνοιξις ἐστία,

45. ιω κατασκαραι δόμων.
ἀνήλιοι βροτοστυγεῖς
δνόφοι καλύπτοντι δόμους
δεσποτῶν θανάτουσιν.

„Talem vero gratiam ingratam, mala averruncantem, o terra, terra! — paratura mittit me mulier impia-vero autem hanc vocem edere — ; quid enim piacuum sanguinis in terram profusi? Heu prorsus infelix domus, heu aedium eversiones! Solis expertes, mortalibus invisa tenebrae domum obvolvunt ob dominorum caedes.“ Ipsae igitur inferiae nominantur gratia, offeruntur enim manibus, sed gratia ingrata, quod manibus gratae non sunt atque omnino irritae dicuntur; ἀχάριον vero cum Elmsleio scribendum est, ut cum versu antistrophe congruat; videtur enim poëta in his duobus versibus syllabarum et sonorum sectatus esse congruentiam.

Terra autem invocatur v. 41., ut malum avertat et cohibeat; omnino enim inferiarum et caedis notio cum terra coniuncta est cf. v. 60.; non igitur inanis h. l. est exclamatio. Pro μαῖα, quum parum gravitatis habeat ea allocutio, γαῖα legendum est. Verba φοβοῦμαι δέπος τόδ'εκβαλεῖν referenda non sunt ad ipsas preces, quas in ritu inferiarum chorus proferre vereatur, sed ad graviorem illam vocem δύσθεος γυνά, qua reginam notaverat. — V. 43. apta non existit sententia nisi recepta Scaligeri emendatione τί γὰρ λύτρον πεσόντος αἴματος πέδῳ; quae confirmatur aliis locis, quibus eadem fere sententia pronuntiatur. (Choeph. 513. Agam. 981. Eumenid. 638.). Dindorfii correctionem πέδοι necessariam non existimo. Neque γάρ particula movere debebat Weilium, ut v. 40. scriberet τοιάνδε χάριν ἄχαριν ἀναπότροπον κακῶν; nam illud χάριν ἄχαριον sufficit, ut eo referatur τί γὰρ λύτρον;

Jam chorus, caedis illius memoria renovata, eo dicitur, ut vss. 44—48. totam Atridarum domum velut malorum tenebris obrutam dicat; tenebrae autem iisdem, quibus Orcus ipse, epithetis ornantur. cf. Sept. 836. Prom. 800. In plurali numero δεσποτῶν θανάτουσι, quo unius Agamemnonis mors significatur, nulla est offensio. cf. Agam. 1540.

Antistrophe secundae (v. 49—57.), in qua pergit chorus in describenda misera aedium condicione, versus quatuor priores sic legendi sunt:

49. σέβας δέπαμαχον ἀδάμαντον [M. ἀδάμαντον] ἀπόλεμον τὸ πρὸν

50. δὲ ὡτῶν φρενός [M. φρένες] τε δαμίας περαῖνον

νῦν ἀφισταται· φοβεῖται δέ τις· τὸ δέντυνχεῖν,

τόδ'έν βροτοῖς θεός τε καὶ θεοῦ πλέον.

„Maiestas autem invicta, indomita, inexpugnabilis antea in auribus animisque civium versata nunc abest. Metuit autem aliquis. Felicitas vero mortalibus dea est et pluris quam dea.“ Ad depingendam regis maiestatem cumulata sunt epitheta v. 49. simili modo, ut Pers. 855. Fama regis civium aures implet, unde in animis eorum admiratio et reverentia critur. Haud raro ὥτα et φεῆν coniunguntur

cf. Choeph. 444. Sept. 25. — Quae sequuntur verba v. 51. *φοβεῖται δέ τις*, referenda non sunt ad Clytaemnestrae metum, sed in universum dicta: populi reverentia in metum commutata est. Etsi tyranni unice felicitatis speciem curant, tamen iustitiae vindicta iis imminet. Illa igitur sententia *τὸ δὲ εὐτυχεῖν* cett. transitum parat ad ea, quae sequuntur. — Quod voluerunt Stanleius et Bambergerus *φοβεῖται δέ τις*; ut sit: nemo timet dominos, qui nunc sunt —, id toti sententiae minus convenit. Neque opus est cum Rossbachio verba sic accipere: *φοβεῖται δέ τις τόδε εὐτυχεῖν τὸ δέν* — „cives timent τήγδε τὴν εὐτυχίαν, qua Clytaemnestram et Aegisthum florentes vident. Eius felicitatis tantus est inter mortales honor, ut dei instar sit vel etiam majus.“ Sane insignis quaedam existit verborum concinnitas cum versu strophico: 43. *φοβοῦμας δέπος τόδε ἐκβαλεῖν*. Mihi vero *φοβεῖται δέ τις* absolute dictum ad metum significandum magis placet. Praeterea generalis illa de felicitate sententia gravior existit, si *τὸ δὲ εὐτυχεῖν* initio ponitur. Jam sequuntur quinque posteriores antistrophae versus, qui ita leguntur in cod. Med.:

53. *ὅπη δὲ ἐπισκοπεῖ δίκαιαν ταχεῖα τοῖς μὲν ἐν φάσι τούτῳ μετέβοψεν τόδε ἐν μεταγμῷ σκότου μένει χρονίζοντες αὖθις βρένει τοὺς δὲ ἀκραντος ἔχει νῦν.*

Nolo hoc loco diversissimas virorum doctorum conjecturas (Odofr. Muellerus de his versibus disputavit in Zimmerm. ann. 1836. p. 22.) et interpretationes memorare, sed subsisto in verbis ipsis, quae, comparata cum scholiastae explicatione, sic mihi videntur scribenda:

53. *ὅπη δὲ ἐπισκοπεῖ δίκαιας ταχεῖα τοὺς μὲν ἐν φάσι τούτῳ μετέβοψεν τὰ δὲ ἐν μεταγμῷ σκότου βρένει χρονίζοντες αὖθις τοὺς δὲ ἀκραντος ἔχει νῦν.*

„Conversio autem iustitiae subita respicit eos, qui in luce sunt; quae vero in crepusculo sunt, ea tardata scalent infelicia; alios vero infinita nox tenet.“ Ac prima quidem specie haec esse videtur sententia: vindictam divinam serius citius punire; celeritatem luce significari, tarditatem crepusculo, serum tempus nocte. Sed efficacior existit sententia, si chorus cogitatur rerum domesticarum maiorem habere rationem, ita quidem, ut prioribus duobus versibus Clytaemnestram significet et Aegisthum, qui in regno rebusque secundis versantur; mediis duobus Orestem, qui quamvis exul, tamen extinctus non est; versu ultimo Agamemnonem, qui morte tenetur. Aptum est, quod chorus de Oreste cogitat; nam ita simul spes quaedam indicatur fore, ut Orestes aliquando patrem ulciscatur. Quod scribendum duxi v. 56. *βρένει χρονίζοντες αὖθις*, prope accedit ad Hermanni *μένει χρονίζοντες αὖθις*; equi-

dem malim vocem *μένει* glossema habere illius *χρονίζοντ*, quam putare *βρύει* irrepsisse e versu 61.

Quod ad metrum attinet, altera stropha et ipsa ex iambis potissimum et trochaicis constat invicem se excipientibus; sub finem vero Glycone fit incitator, Pherecrateo sedatur.

In primo versu Hermannus olim dochmios inesse voluit, sed dochmii tum fere adhibentur, quum incitatiore motu animus fertur. Idem (elem. doctr. p. 258.) et versum secundum maluit ex dochmio atque iambis constare, quam ex iambo et ordine trochaico; mihi posterius verum videtur. Versum octavum antistropheae quum Muellerus scribendum putaret *μένει χρονίζον τ' ἄκη βρύει*, versum strophae mendosum censuit; is vero haud dubie sanus est.

Stropha tertia (v. 58—61.), in qua inest sententia, caedem extingui nunquam posse eiusque auctorem poena gravissima affici, ita constituenda est:

58. δι' αἴματ' ἐποθένθ' ὑπὸ χθονὸς τροφοῦ [M. ἐποθέν] τίτας φόνος πέπηγεν οὐδὲ διαδύσαν [M. διαδύσαν] διαλγῆς δ' ἄτα διαφέρει [διασπαράσσει in M. supra adscriptum] τὸν αἵτιον παναρκέτας νόσου βρύειν. [M. παναρκέτας.]

„Ob sanguinem ab alma tellure epotum crux constitit, non diffluens. Prae-gravis vero noxa eo perfert auctorem, ut praepotente morbo scateat.“

Tota haec sententia, quae simili ratione expressa invenitur in Aesch. Sept. 715., ex populari quadam videtur superstitione dicta esse, qua putabant maculam sanguinis in caede profusi manere semper neque posse elui; *τίτας* autem appellatur *φόνος*, quatenus sanguis effusus ipse ultiō poscit. In plurali *αἴματα* nihil offensionis inesse docent loci similes Eumen. 252. Choeph. 281. Agam. 1253. — Tellus *τροφός* dicitur solemini epitheto, ut Sept. 16. γῆ τε μητρὶ, φιλάτῃ τροφῷ. — Illud *διασπαράσσει* v. 60. glossema esse et metrum docet et scholiastes, qui voci *διαφέρει* id vocabulum addidit. In verbo autem *διαφέρειν* hoc loco inesse non potest discependi notio; mira esset sententia: discerpit auctorem, ut morbo scateat. Neque cum Hermanno interpreter: „graviter dolitura noxa differt auctorem (i. e. differt auctori poenam), ut satietate malorum abundet“, sed potius: perfert, eo deducit, ut morbo scateat. — Quum in cod. Med. post v. 61. librarii errore repetatur versus ille 57.: *τοὺς δ' ἄκρωντος ἔχει νιᾶς*, id simul argumento est, e v. 56. vocem *βρύει* eiiciendum non esse, id quod Hermannus censuit. v. 60. Weilius pro *διαλγῆς* edidit *αἰλῆς*, ingeniose quidem, ita tamen, ut mihi videatur nimium tribuisse scholiastae adscribenti *ἡ διασπαράσσεις ἄτη*. Idem statnendum est de eiusdem conjectura v. 57. *ἄστος* pro *ἄκρωντος*.

Antistropha tertia v. 62—65. in cod. Med. sic legitur:

62. Οἴγοντι δ' οὕτι κυματικῶν ἐδωλίων
ἄκος πόροι τε πάντες ἐν μιᾶς ὁδοῦ

*βαίνοντες τὸν χαιρομνῆ φόνον οὐδὲν μέσον τιλέων
καθαίροντες ἰοῦσαν ἄτην.*

Quorum verborum sententia, a scholiasta recte expressa, haec est: ut virginitas violata nunquam potest restituui, ita et caedes nullis ablui fluvii. Pro *οἴγοντι* v. 62. recipienda est Scaligeri *θιγόντι*, non tam metri causa, (id quod Hermannus fecit contendens versum debere ex meris iambis constare), — nam in anaerusi syllaba longa non offendimur, — quam quod *θιγέν* elegantior est ea de re locutio. — In iis, quae sequuntur, quum haec fere inesse debeat sententia: „etiamsi omnes fluvii in unum coirent, tamen non abluerent caudem“, molesta sunt duo participia, absente verbo finito. Deinde *ἰοῦσαν ἄτην* et sententiae repugnat — quamquam scholiastes aliique explicare studuerunt — et metro; versus enim esse debet trimeter. Utrique rei occurrimus recepto Scaligeri *ἔλονσαν μάτην*, adiecta tamen particula *ἄν*, quae quam facile omitti potuerit a librario, in aperto est. Eadem rationem Weilius probavit, nisi quod *ἄταν* cum Dindorfio edidit. Praeterea molestum illud participium *καθαίροντες* optime tollitur Hermanni *καθαρσίοις*; quamquam quod addit *ἵοιεν ἄν μάτην*, etsi et metro et sententiae egregie convenit, longius a codice recedit. Pro *βαίνοντες* autem probo Bambergeri *προβαίνοντες*; Lachmannus de chor. syst. p. 49. *διαίνοντες* coniecit. Antistropha igitur tertia sic scribenda est:

62. *θιγόντι δὲ οὐτὶ νυμφικῶν ἐδωλίων*

ἄπος, πόροι τι πάντες ἐκ μιᾶς ὁδοῦ

προβαίνοντες τὸν χερομνῆ

φόνον καθαρσίοις ἔλονσαν ἀν μάτην.

„Virginales autem sedes qui tetigit, nullum est remedium, omnesque rivi ex una via procedentes caudem manus polluentem frustra abluerent.“ Dubium non videtur esse, quin *πόροι* sint fluvii intelligendi, non, sensu translato, rationes caedis expiandae; totusque locus dictus esse videtur ex more veterum, qui in lustrationibus utebantur fluvii ex eodem fonte pramanantibus. Neque cum Lachmanno de chor. syst. p. 50. cogitandi sunt sanguinis rivi, qui scelestum madefaciant vindicantes facinus et perniciem facinore adductam (scripsit ille *διαίνοντες — φόνον καθαίροντες, ιοῦσαν ἄτην*). Nam non de sanguine ipso, sed de aqua lustrante sermo est.

Metrorum numeri simplices sunt; fere e trimetris constat tertia stropha, interposito uno minore versu, qui cretico terminatur.

Jam restat, ut de epodo dicamus v. 66—73., quibus versibus chorus mulierum suam potissimum sortem deplorat, utpote servarum, quae dominorum arbitrio subjectae sint, occulte vero infelicem Agamemnonis mortem lugeant. Adseribo primum verba codicis Medicei:

66. *ἔμοι δάναγκαν γὰρ ἀμφίπτολιν*

θεοὶ προσήνεγκαν, ἐκ γὰρ οἰκων

πατρῷων δούλιον ἐς ἄγον αἴσαν

*δίκαια καὶ μὴ δίκαια εἰσεκαταπληρώματα τοῦ αὐτοῦ
πρέποντ' ἀρχὰς βίου πικρῶν φρενῶν
βίαι φρεομένων αἰνέσαι πικρῶν φρενῶν
στύγος κρατούσῃ· δακρύω δύνφειμάτων
ματαίουσι δεσπόταν
τύχαις κρυψάσις πένθεσιν παχνομένην.*

Verba sic ordinanda sunt: *ἔμοὶ πρέποντα-αἰνέσαι δίκαια καὶ μὴ δίκαια φρεο-*
μένων βίᾳ ἀρχὰς βίου, me decet iusta atque iniusta eorum laudare, qui vitae meae
imperium vi abstulerunt i. e. adepti sunt. Cui sententiae interposita sunt haec:
ἀνάγκαι-αῖσαν, necessitatem enim duplicitis urbis dii attulerunt; ex patriis enim domi-
būs in servilem me sortem duxerunt. Ita enim haud dubie intelligenda est *ἀνάγκαι*
ἀμφίπολις, quod ex patria urbe in aliam urbem servae ductae sunt. cf. Aesch.
Pers. 128. ἀμφίευκτον. Eurip. Andr. 467. *ἀμφιμάτωρας κόρονς.* — Sed si ponamus
illa recte sese habere, difficultas oritur in verbo *δακρύω*, quod quum producat syllabam
medianam, locum habere non potest in versu illo: *στύγος κρατούσῃ· δακρύω δύνφει-*
μάτων, qui trimeter est. Quam ad tollendam difficultatem ingeniose quidem Hermannus scripsit *δακρύων ὑφειμάτων* „lacrimarum sub veste celatarum propter teme-
*ria dominorum fata occultis doloribus horrescentem“, *παχνομένη* (dativum enim
fecit) referens ad *κρατούσῃ*. Sed genetivus ille *δακρύων* nimis remotus est a voce
πένθεσιν, quam ut apte inde pendeat; neque veri simile est totam epodium uno ver-
borum circuitu a poeta inclusam esse. Itaque, si a voce *δακρύω* novam incipiamus
enuntiationem, hoc et metro et sententiae convenit. Quam viam Rossbachius est
ingressus. Sed revertamur ad priora. Nam etsi illud *πρέποντ' ἀρχὰς βίου βίᾳ φρεο-*
μένων aptam praebeat sententiam, tamen inde aptos versuum numeros non possumus
constituere, eaque potissimum causa fuit, cur Hermannus delecto altero *δίκαια* scriberet:*

δίκαια καὶ μὴ μαῖς πρέποντα τύχαις βίου

„pro mea vitae condicione decet.“ Quod a codice nimium recedit. Praeterea ex
scholiis apparet, genuinam fuisse scripturam *ἀπ' ἀρχὰς*; alter enim scholiastes habet
ἀπαρχὰς, alter *ἔξοτε τοῦτον ἐπανήγουμαι τὸν βίου* i. e. ab initio huius servilis meae
condicionis. Sed quamvis Rossbachii rationem veram esse existimem, tamen duabus
in rebus ab eo dissentio. Ille enim quum putaret, articulum ante *βίᾳ* vix posse
abesse, etiam illa *τὰ τῶν* ex scholio recepit voluitque *τὰ τῶν βίᾳ φ., δίκαια καὶ μὴ*
subiectum esse, illud *πρέποντ'* vero praedicatum. Mihi potius, ut iam supra indicavi,
verba sic ordinanda videntur: *ἔμοὶ πρέποντα ἀπ' ἀρχὰς βίου αἰνέσαι δίκαια καὶ μὴ*
δ. φρ. βίᾳ.

Itaque *τὰ τῶν* scholiastae verba, non Aeschyli esse puto, praesertim quum
voces illae βίου βίᾳ propter sonum de industria videantur a poeta coniuncta esse.

Praeterea in complurium versum numeris describendis non consentio cum Rossbachio (quem Weilius sequitur): quod ut uno quasi conspectu appareat, postremo numeros versusque totius epodi adscribo, quales equidem esse velim:

v. 66. $\text{. } \text{. } \text{. } \text{. } \text{. }$ dipod. iamb., dimet. cretic.

$\text{. } \text{. } \text{. } \text{. } \text{. }$ dip. iamb., trip. troch.

$\text{. } \text{. } \text{. } \text{. } \text{. }$ bas. dupl.; trip. troch.

$\text{. } \text{. } \text{. } \text{. } \text{. }$ dip. iamb.; ord. logaoed. c. basi.

70. $\text{. } \text{. } \text{. } \text{. } \text{. }$ dip. iamb.; dimet. cret.

$\text{. } \text{. } \text{. } \text{. } \text{. }$ pentap. iamb. cat.

$\text{. } \text{. }$ ord. troch. cum basi iamb.

$\text{. } \text{. } \text{. } \text{. } \text{. }$ tetrap. troch. cat.

v. 66. *ἔμοὶ δ' — ἀνάγκαν γὰρ ἀμφίπολιν*

θεοὶ προσήγεγκαν· ἐκ γὰρ οἴκων

πατρῷων δούλιον ἔσαγον αἰσαν —

δίκαια καὶ μὴ δίκαια πρέποντ' ἀπέδοξας

70. *βίον βίᾳ φερομένων αἰνέσαι*

πικρὸν φρενῶν στύγος κρατοῖση·

δακρύω δύνημέτων ματαίοισι δεσποτᾶν τύχαις, κρυψαίσις

πένθεσιν παχνονυμένη.

„Me vero — duplicis enim urbis necessitatem dii attulerunt; nam ex patriis aedibus in servilem duxerunt sortem — decet ab initio eius vitae iusta et iniusta eorum, qui vi feruntur, laudare, vincentem acerbum animi odium; lacrimo autem sub vestibus ob temerarios dominorum casus, occultis doloribus horrescens.“

Nondum commemoravi Fr. Heimsoethii librum, qui inscribitur: Die Wiederherstellung der Dramen des Aeschylus (Bonn 1861), ingeniose illum quidem et accurate perscriptum, tamen ita comparatum, ut tantummodo in opinione atque arbitrio auctoris, glossemata sagaciter investigantis, multa videantur esse posita. Ille igitur vir doctus, quem Aeschyli fabulas praecipue depravatas esse putet glossematis, quae, adscripta olim libris, in ipsa poëtae verba irrepserint, scholiorum singularem habendam esse rationem censem; illo potissimum ex fonte esse hauriendum, inde et Medicei codicis verba non raro corrigenda. Sed qui nimium tribuit schoлиis, is mihi videtur audacius, quam rectius agere. Itaque cum Heimsoethio, qui pluribus libri sui locis de Choephororum parodo disputat, paucis in rebus consentio. Quod ut appareat, quo iure mihi videar facere, singula breviter recensebo.

Ac primum quidem v. 29. ille (p. 297—299.) scripsit: *προστέρων στολμῶν, δόμων ἀγελάστοις.* Ipso enim verborum ordine et adiectivi *λινοφθόροι* notione ait effici, ut *λαζίδες* v. 28. accipendum sit subiectum. Neque vero verborum ordo neque notio impedit, quo minus *λαζίδες* praedicati locum teneat, dummodo ne sensu

activo illam vocem accipias. Praeterea quum ille, Hartungium secutus, pro πέπλων scriberet δόμων, illud πέπλων glossema esse ratus vocis στολμῶν, quam ipse reposuit: iam versus effectus est, propter miram suam μονοτονίαν non ferendus. An forte de industria eundem sonum poëta ter iteravit ad planctum pingendum? Nego equidem. — Magis mihi arridet Heimsoethii (p. 55.) conjectura v. 31. τορὸς γὰρ οἰστρος δηθόθρις; quam etst non recepi, quia φοῖβος proprius accedit ad codicis φοῖβος, tamen non sine specie veri vocabulum οἰστρος loco suo motum esse ille existimat glossemate φόβος; inde codicis Medicei φοῖβος esse natum. Illud quoque hanc emendationem commendat, quod, servata γάρ particula, metro optime servit.

V. 42. dissentio ab illo (p. 121.), verba φοβοῦμαι ὅπλος τόδ' ἐξβαλεῖν referente ad ipsas inferias, quibus mulier impia deorum manum iram placare studeat. Mihi potius ad vocem δίσθεος videntur referenda, quacum arctissime coniuncta sunt. Neque v. 51. φοβεῖται δέ τις ex indefinito τις ille colligere debebat, Clytaemnestram significari, praesertim quum iam in antistropha prima reginae metus graviter notetur.

Versus 53—57. idem (p. 119.), electo glossemate ἄχη, sanos esse existimat, interpungens ita: ταχεῖα τοῖς μὲν, ἐν φάει, deinde μένει, χρονίζοντα βρύει. Evidem mihi persuadere non possum, duo tantum sibi opponi ita, ut poena dicatur modo celerius accedere modo lentius eoque gravius. Nam illa τοὺς μὲν — τὰ δ' — τοὺς δ' tres mihi diversas iustitiae vindicantis rationes aperte indicare videntur. Praeterea Heimsoethius, ut suam ex verbis sententiam efficiat, illud τὰ δὲν μεταγχυτοῦ-μένει accipit relativum, quasi dictum sit ἡ δὲν ἀμφιβόλῳ μένει: id quod fieri posse nego. Inductus esse ille videtur scholiastae auctoritate adscribentis δσα δὲ νπερτίθεται.

Idem (p. 348.) coniecit v. 59. τίτας φόνου πέπηγεν; ego τίτας φόνος servandum censeo, ut ipse sanguis dicatur vindex.

V. 60. scholiastae verbis nimium tribuens scribit (p. 34.) διαρχής ἄτα διαφέρει τὸν αἴτιον ideoque versum sequentem, in quo unius tantum literae mendum inest, ita mutare cogitur: παναθλίας νόσου βρύειν; quorum quum prius necessarium non sit, utrumque damnatur. Neque iusta appareat causa, cur stropha finienda sit dimetro iambico; nescio quid languidi habet versus ille διαρχής ἄτα διαφέρει τὸν αἴτιον, quod tollitur, si verba τὸν αἴτιον versui postremo adiungimus.

Etiam antistrophae tertiae v. 62—65. medelam attulisse ille (p. 274.) sibi visus est, quum vocabulum φόνον e scholiastae verbis in libros irrepsisse opinatus haec coniiceret:

διαίνοντες τὸν χερομυσῆ καθαρσίοις,
πόνον πονοῖεν ἀν μάταιν.

Omitto illud, quod versus posterior longius a codice Mediceo recedit; huic enim rei ille nullam vim tribuit. At ipsa illa locutio πόνον πονοῖεν, cum adverbio

páctav coniuncta, duri aliquid habet atque inconditi magisque ad pedestris sermonis rationem videtur accedere.

Postremo in epodo (v. 66—73.) constituenta aliqua ex parte cum Heimsoethio consentio, qui et ipse (p. 290.) alterum δίκαια, deletum ab Hermanno et Rossbachio, retinuit. At ille, vocabulum ἀρχὰς glossema esse ratus, πρέπον τυχὰς βιον scripsit: quo ne metri quidem causa opus est. Metrica idem ratione ductus v. 68. ita constituit: πατρωῶν δούλιον μὲν ἔστιν αἰσαν. Sed illud με neque sententia postulat neque metrum, totusque ille versus πατρῷων δούλιον ἔστιν αἰσαν arsibus sese excipientibus ad depingendam sérvarum miseram condicionem mihi quidem, si quid video, multo videtur esse efficacior. —